

## Juris Majdemburgensis

## De iure priuatis periuris et infamibus

Si vitam: aut manus pecunia redemerit: quod temeruerit  
 q hic iure suo puetur seu infamis efficitur. Et si tempore vite  
 vnius plura bona fuerint: q̄ quod suo iuramento exactionaliter: als soluendo exactionem comprobasset. et si fatetur eadem bona esse sua: tunc periurus existit perdiditq; ius suū civile ⁊ caret iure: propter quod infamis dicitur. Et q̄dcunq; periurus debeat p testari: hoc coram iudicio oportet fieri. Ita q; sibi causa nominatur propter quam sit periurus. Et si fateatur: vel bona sub ipso valeāt promptari: als cognosci vel inueniri pro quibus patenter iurauit: extunc periurus est et p̄ictus carensq; iure: et p̄des suū Ius civile

## De fideiussione sceleratorum

Si etiam fideiusserit vnum virum: p̄ scelere ad statuēdum  
 q ipsum coram iudicio: et ipsum statuere non poterit. recompensam ipsum soluere oportet. et sibi in suo iure non oberit illi: qui fuerat fideiussor. et nemo p̄scribi debet. nisi culpa ad collū sue ad manum sibi procedit

## De suppellectili: que ad mulieres pertineāt

Si mulier suppellectilia ad que spectant oues: vascula et capisteria: et omnia cibaria domestica: de quibus vir indiget ad vni<sup>9</sup> anni reuolutionē que ī sua possessione inueniuntur: quorum cibariorum medietas ad mulierem pertinet. ¶ Cum viro vxor sua moritur. proxima sua cognata recipit suppellectilia: que debet pro viro suum stratum decorare. vt stetit cum vxor sua vixit cum lecto: cussinis lintiaminibus: culcitra ⁊ tectura Sedem etiam suam cum puluinar: quod singulis diebus desup iacuit. suā mēsal: cū mēfali et manutergio. Nec eadē cognata nlla r̄cipit pulmētaria

## De armis bellicis ad quem deuoluuntur per successionē. Itē de tutore puerorum

Alier p armis bellicis dare debet gladium mariti: ⁊ suum  
 m equū vlt dextrarium meliorē sellatū. et meliora arma: q̄ habuerit pro corpore vnius viri cum decessit in sua potestate: deinde dare debet puluinar bellicale: hoc est. lectum et duos cussinos: et duo lintamina: et vnum mensale: et duas pelues: ⁊ vnum manutergium. Nec sunt vniuersalia arma bellica. Sed tamen aliq̄



## Liber Primus

homines diuersa apponunt: que ad ea non pertinent. Sed quicquid ex his nominatis mulier non habuerit, ad hoc: quod dicitur: compelli non potest: si iuramento probauerit pro qualibet re per se.

**¶** Ubi vero ostendere patenter poterit: ibi nec vir nec mulier per iuramentum euadere possunt. ubi duo: aut tres ad vna bellica arma nati fuerint, senior pro se recipit gladium, et cetera diuidunt inter se equaliter. Ita: quod senior diuidet: et iunior eliget. ubi etiam duo: vel plures vnam simul habuerint hereditatem: ibi vnus alium ad diuisionem iure valeat coartare. **¶** Ubi vero pupilli annos pubertatis: non dum attigerunt: eorum senior agnatus recipit arma bellica solus: et in eis est tutor pueroz: quousque ad annos discretionis peruenierint, extunc ipsis reddere tenetur, et insuper ipsorum omnia bona nisi eis rationem fecerit quo ea ad eorum usum seu profectum conuerterit, aut per spoliū: aut per apparens infortunium et absque sua voluntate amiserit. Ipse etiam est vidue tutor: quousque maritum duxerit qui sibi paris conditionis fuerit, post arma bellica mulier vite prouisionem recipere potest. Et alia omnia: que ad suppellectilia pertinent, sic sunt omnes oues: asines: aues: et ciste cum eleuatis rector: omnia strata puluinaria: cussini: lintheamina: mensalia pelues: manutergia: lucibula: candelabra: semine lini: et linum: et omnia muliebria vestimenta: anuli: brachialia: et crinilia: psalteria: et omnes libri in quibus mulieres legere consueuerunt: que ad dei cultum pertinent: sedilia ac scrinia: capecia: et vela torcularia vel tectoria balneamina: et omnia pepala, et alia omnia ornamenta capit muliebria. Nec enim sunt que ad suppellectilia femine pertinent. Insuper adhuc diuersa sunt clenodia: que ad suppellectilia pertinent, singulariter non nominata: sicut sunt seticula, pectines forpices, specula. Sed tela non incisa: argentum et aurum non textum non pertinet ad mulieres. Sed quicquid extra prenominata in rebus inuentum fuerit: pertinet ad heredes. Si aliquid ex iis obligatum fuerit circa vitam viri: qui mortuus est, redimet si vult: ad quem de iure pertinet. **¶** Sacerdos diuidit cum fratre: si non fuerit monachus.

**De his: qui religioni quam antehac susceperant abrenunciātes, possunt obtinere ius suum: et qui non**

**¶** Si puer infra annos pubertatis religionem intrauerit: bene potest ante annos si vult exire ac obseruare ius feudale et terrestre. **¶** Si autem vir: qui dum annos pubertatis impleuit



## Juris Mayndemburgensis

intrauerit religionem, hic se a iure terrestri: ac feodali alienauit: et sua feodalitua vacant: quia scutum bellicum resignauit. Quod hoc possit protestari per hos cum quibus similem vitam visus est suscepisse.

### De sententia et interlocutione

E qua sententia vir prius queritur, hec prius debet diffiniri.

Actor et reus possunt colloquia habere pro qualibet causa tribus vicibus: quousque prece ipsos reuocabit.

### De honestate iudicii Interlocutores et principales

In omni loco iuris est ut iudex iudicet cum sententia Scabi-

norum. Aperte vir non loquatur coram iudicio, postquam prolocutorem habuerit: nisi si iudex eum requisierit si in verbo consentiat sui prolocutoris: seu procuratoris, tunc bene dicere potest sic vel non sic: aut desuper petere colloquium.

### De pueris mortui fideiussoris

Vir pro pecunia: aut pro debito fideiussor fuerit, et idem vir moritur, sui pueri non tenentur pro eo soluere. Si autem vir fideiussor fuerit pro pecunia, fideiussorem pecuniam solum soluere oportet, aut probare: quod pecunia sit integraliter persoluta.

### De vulneribus flauis et fuscis

#### baculo et fustibus illatis

Vir fustibus aut baculis percussus fuerit supra dorsum suum aut supra ventrem et verbera fuerint: flaua: aut fusca et inflata, et si desuper iudicem pro teste habuerit et homines iudicio dignos qui hoc viderunt: et audierunt, ipse est duellum prior super eum acquirere: quia ille ipsum euadere possit suo iure.

Si autem: super caput: aut brachia percussus fuerit: quod aliter ostendi non possit, illi homines melius euadere possunt: quia ipse super eos protestari seu probare possit suo iure. Si autem fatetur, quibus amittit emendam: et iudex acquirit suam penam. Si vero verbera mortalia fuerint, respondere tenentur cum duello: qui pro eodem iudicialiter fuerint impulsati. Si autem mortalia non fuerint, respondebit unus cum duello: et alij respondebunt absque duello: quia ipsi euadunt suo iuramento.

### De hereditate lege caduca ad regiam maiestatem deuoluenda

Hereditas: absque successoribus relinquitur, ita quod nullus se trahat ad eandem infra annum et diem, hoc pertinet ad Regiam. Ad.